

Excerpto: Ex Actis Archiepiscopii Die-  
cesis Vilnensis Litterarum Fundatio-  
nalem Ecclesiam Parochialis Hodu-  
eisensis, parte Requirenti Extradi-  
ta  
Anno Domini 1793 Mensis Maij 3  
Die

Quarum quidem Litterarum sequitur Tenor: atq; talis=  
In Nomine Gloriosissime Divinissime Trinitatis Patris  
et Filij et Spiritus Sancti Amen Ad perpetuam  
rei memoriam Ego Stanislaus Stanislai Kiszka Cano-  
nicus Vilnensis Siquifis unioeris et Singulis quorum  
interest, aut quomodo poterit interesse per hasce meas  
proprias, quod cum admirabili Deo Opt. Max. et Singu-  
lari Providentia, que cuncta suaviter disponit, ad hunc  
Statum Ecclesiasticum vocatus, et in eo constitutus es-  
sem, Bonaq; Paterna et Hereditaria Hoduiskii ap-  
pellata (Cessione Illustris Magnifici Dni mei amentissi-  
mi Patris) Possessionem venisset. Nichil Mibi antiqui-  
us et optabilius esse debere iudicio, quam omnem quanta-  
cumq; esse possit illa, operam in id conferam, ut Deo  
Propolenti, qui est misericordiarum, et totius nostre con-  
solationis Pater, quatum me exhibeam, pro Beneficij gra-  
tias sedulo agam, et laudem ejus ac cultum pro se  
se augere, ac propagare studeam, potissimum autem  
ut in Bonis Paternis que jam ad me jure heredita-  
ris devoluta sunt, Saluti Subditorum meorum con-  
sulere et providere possem. Cum itaq; a Benedictissi-  
mis ipsius manibus cuncta in me proveniant, et ipsi-  
dem etiam nonnihil ad laudem ipsius impertiant,  
et apignan<sup>9</sup> duci, ut pro his Caducis et momenta-  
neis, in quibus tuto animus nullatenus conquiesce-  
re potest, longe feliciori commercio perveniam et  
in eternum Duratura in Regione viventium abtin-  
am

am. Ad laudem igitur Dei Omnipotentis Beati  
maeque Mariae Virginis Patronae meae singularis et  
tissime ac omnium sanctorum, specialiter autem in honore  
Domi Stanislawi Patroni mei tutelaris, et Sancti Casari  
ri in Oppido meo Hoduicensi dicto, ubi antea quidem  
nonnulla fuerat, nimirum Octo Mansorum Fundatio,  
sed quoniam a compluribus Annis, et plane usque ad haec  
tempora alieni a Religione Catholica Homines possede  
bant, ab idem Ecclesia ibidem hactenus desolata, et cultu  
Divino penitus orbata fuit, Bona quoque distracta et  
adempta, Reditusque ablati, ita ut illius vetustae Funda  
tionis vix ullum ceter vestigium, de novo penitus Tem  
plum, ritus 1<sup>ae</sup> Romanae Ecclesiae Catholicae fundari et  
dotandi: Duci, prout per haec mea propria praehabita  
matura deliberatione, et vehementer desiderans Animas  
in crassis ignorantiae tenebris, et sine fidei luce, sine  
doctrina et Exercitijs spiritualibus degentes, diligenter  
et sedulo juvare, fundo, et doto, nimirum Praedium fan  
leowic dictum, ubi sunt Mansi quindecim agri boni, et  
fertiles; cum Subditis, et eorum Servitijs, Censibus, ac  
Obligationibus, cum Agris, Pratis, hortis, Silvis, Lacubus,  
Graminibus, Pasuis, et alijs omnibus proventibus, ob  
ventionibus, et Pertinentijs, prout se ex Antiquo hoc  
Praedium habebat, et quemadmodum plenius et sufficienter  
us in Inventario meo speciali omnia exprimuntur  
et describuntur. Ecclesiae praedictae meae Hoduicensi  
do, donec, attribuo, applico, et in perpetuum adscribo  
et approprio, nihil penitus juris super praedio praefa  
to pro Me, et quibusvis Successoribus meis relinquens  
et reservans, sed in Ecclesiasticam Jurisdictionem trans  
fero et transfundo, ejusdemque Praerogativis, libertatibus  
et immunitatibus inscribo, et incorporo. Pro meliori  
autem

autem sustentatione Parochi moderni et Successorum  
specialem Decimam pecuniariam assigno et ascribo,  
quam solita est ab antiquo Stabilitas tota sub meo  
Jurisdictione Hoduicensi degens Parocho dare, teneti-  
tur et in posterum eadem mea Stabilitas quot annis  
pro Festo S. Martini inviolabiliter Parocho Hoduic-  
censi, tam moderno, quam ejus Successoribus servare  
dare et persolvere. Loco autem Strenie, Subditi mei  
Omnes tam Oppidani Hoduicenses, quam ex Pagis et  
quolibet Manso duos Gropos Lito singulis annis Para-  
cho dabunt, Pro Domo Parochiali edificandam Aream pe-  
nes Templum cum Hortis, et duobus Hortulaniis ve u-  
no Oppidano, similiter et aliam Aream pro Schola  
erigenda assigno et dono, prout latius in Inventario  
continetur. Ligna pro focis et reparand. Templo, ac edifi-  
cand. Domo Parochi et Successores ejus ex silvis meis  
Hoduicenc. liberam incisionem et vectigera habebunt  
cum scitu tamen Factoris mei, qui in id attendet, ne no-  
tabile Damnum silvis inferatur. Lacum Heudelis sub  
eodem Praedio Jamleus habet Parochus et sit eo conten-  
tus. Quod attinet ad Jus Callationis, illud mihi integrum  
quoad vicere reseruo, cum vero debitum universae Curiae et  
inevitabile, Dei Jussu persolvere, tunc Jus Patrona-  
tus in R. P. D. n. s. Observand. et Ultrantipinos Confrat-  
res, etq. in totum Venerabile Capitulum Vitervense trans-  
fundo, et transfero in perpetuum, Parochus autem ta-  
praesens, quam Successores futuri Obligati erunt Sa-  
crum Cantatum diebus singulis Dominicis, et Festis  
Sollemnioribus cum Concione idioma Pativo perage-  
re. Lectum autem Feria quarta pro Benefactoribus,  
et die Sabbatho de Beatissima Virgine Maria pro de-  
votione

Devotione sua celebrabit. Quoniam autem Subditi mei et  
alii in vicinia habitantes longo tempore Refectione Spiritu  
ali caruerunt, et ignari ac rudes sine doctrina Christiana,  
et sine Pastore Oves errabunda viciabant, Parochus et  
ejus Successores in id maximam impendere curam debent  
ut bono Exemplo afficiant, Dogmata Fidei crebro propo-  
nant, et pijs exhortationibus instruant, et informant,  
ut tandem DEO vero, et placidissimo, qui est longani-  
mis et patiens servire discant et assuescant. Baccalaunum  
pro informanda Juventute, et alium Adolescentum pro de-  
centi Cantu faceret. Quae omnia uti praemittitur et in-  
inventariorum specialiter continentur Ecclesiae huiusmodi  
Haduicisensi de novo erectae et fundatae in perpetuum  
attribuo, dono appico, et ascribo, voloq; ut haec mea  
Fundatio in nulla sui Parte a quopiam violetur, sed  
integra et inviolata semper et in eam remaneat,  
et conservetur, gravissimèq; Successores quosvis meos ad  
quos quocunq; modo Bona ista Haduicisli devolventur,  
abstringe, ne eam infringere, aut quomodolibet in va-  
lidare audeant, districtam Judicii Supremo rectio-  
nem reddituri, Cujus Ego iram placam et ejus grati-  
am humillime inquirend de meis Rebus proprijs  
nonnihil subtrahi et ejus Nomini Divinissimo Deivi.  
In ejus rei fidem Praesentes manu propria sub-  
scriptas, Sigillo meo consignari feci. Uxor etiam  
sum opera nonnullorum Illustrissimor et Magnificor  
amicorum meorum, qui ex sua in Me benevolenti-  
tia dignati sunt Manus suas subscribere, et  
Sigilla sua apponere mandarunt. Nimirum Il-  
lustrissimus et Reverend in Xto Pater et DD Benedictus  
Woyna DES, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus  
Vilm

29

Vilnensis, Illust. et Magnificus DD Leo Sapieha M  
 D Litt Supremus Cancellarius Parnavicus, Moki  
 lovien Capitaneus, Illustrissim. Princeps et DD Joan  
 nes Radziwitt in Rieowicz et Styka Dux Patatini  
 ces Vilnen et etc. Dat Vilnae 27 Decemb<sup>o</sup> Anno Dni  
 1698 = Subscriptio Fundatoris huius exprimitur Verbis  
 Stanislaus Kiozka Canonius Vilnensis mps = Deinde  
 aliorum = Benedictus Wajna Episcopus Vilnen. Leo Sapie  
 ha Cancellarius M D Litt. Jan Jerzy Radziwitt relog  
 wtusng

Premissa omnia ex ipso Originali in Perga  
 myno scripto de verbo ad verbum transumpta  
 et sigillo Celsissimi Illri ac Rmi Ignacij Ja  
 cobi Principis Masalski Episcopi Vilnensis  
 communiti.



Josephus Dabrowski  
 archivista Dioc. Vilnensis  
 M.